

pes eo quod unum habere oculum in fronte media perhibentur⁶⁸. Hi et ἀγριοφάρυγγα dicuntur, propter quod solas ferarum carnes edunt⁶⁹. [17] Blemmyas in Libya credunt truncos sine capite nasci, et os et oculos habere in pectore. Alios sine cervicibus gigni, oculos habentes in humeris. [18] In ultimo autem Orientis monstruosae gentium facies scribuntur. Aliae sine naribus, aequali totius oris planitie, informes habentes vultus. Aliae labro subteriori adeo prominenti ut in solis ardoribus totam ex eo faciem contendant dormientes. Aliis concreta ora esse, modico tantum foramine calamis avenarum pastus haurientes. Nonnulli sine linguis esse dicuntur, invicem sermonis utentes nutum sive motum. [19] Panotios apud Scythiam esse ferunt, tam diffusa magnitudine aurium ut omne corpus ex eis contendant. Πᾶν enim Graeco sermone omne, ὦρα aures dicuntur. [20] Artabatitae in Aethiopia proni, ut pecora, ambulare dicuntur: quadragesimum aevi annum nullus supergreditur. [21] Satyri homunciones sunt aduncis naribus; cornua in frontibus, et caprarum pedibus similes, qualem in solitudine Antonius sanctus vidit. Qui etiam interrogatus Dei servo respondisse fertur dicens: «Mortalis ego sum unus ex accolis heremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos Satyrosque colit»⁷⁰. [22] Dicuntur quidam et silvestres homines, quos nonnulli Faunos ficarios⁷¹ vocant. [23] Sciopodum gens fertur in Aethiopia singulis cruribus et celeritate mirabili: quos inde σκιάροδες⁷² Graeci vocant, eo quod per aestum in terra resupini iacentes pedum suorum magnitudine adumbrentur⁷³. [24] Antipodes in Libya plantas versas habent post crura et octonos digitos in plantis. [25] Hippopodes in Scythia sunt, humanam formam et equinos pedes habentes. [26] In India ferunt esse gentem quae Μορρόβιοι nuncupantur, duodecim pedum staturam habentes. Est et gens ibi statura cubitalis, quos Graeci a cubito Pygmaeos vocant, de qua

68. Il gr. Κύνλωσις significa, propriamente, *occhio-tondo*.

69. Da ἄγριος, *che vive nei campi*, σέλῃγγιο, e φάρυγιν, *mangiare*.

70. GIROLAMO, *Vita Pauli eremitae*, VIII.

71. Cfr., *supra*, VIII, II, 104.

72. Propriamente, σκιάροδες.

73. Il gr. σκιάροδες è infatti composto di σιά, *ombra*, e ποῦς, *piede*.

stessa India genera i *Ciclophi*, così chiamati perché si crede che abbiano un unico occhio al centro della fronte⁶⁸. Sono detti animali selvaggi⁶⁹. [17] Alcuni credono che in Libia nascano i *Blemmyae*, tronchi privi di capo, con la bocca e gli occhi sul petto. Altre creature verrebbero alla luce senza cervici e con gli occhi sugli omeri. [18] Si è scritto che nell'estremo Oriente esistono genti dal volto mostruoso: alcune prive di naso, con la faccia deforme e completamente piatta; altre con il labbro inferiore così prominente che, quando dormono, si coprono con esso il volto intero per difendersi dagli ardori del sole; altre ancora aventi la bocca come rappresa, che si nutrono soltanto attraverso un piccolo foro utilizzando cannuce d'avena; alcuni, infine, sarebbero privi di lingua e comunicherebbero attraverso cenni e movimenti. [19] Dicono che presso gli Sciti vivano i *Panotii*, aventi orecchi talmente grandi da potersi coprire con essi il corpo intero: in Greco, infatti, πᾶν significa *tutto* ed ὦρα *orecchi*. [20] Si dice che gli *Artabatitae* vivano in Etiopia e camminino proni come pecore: nessuno di essi supererebbe i quaranta anni. [21] I *Satiri* sono omiciattoli con naso adunco, corna sulla fronte e piedi simili a quelli di una capra. Sant'Antonio ne vide uno nella solitudine del deserto. Questi, interrogato dal servo di Dio, avrebbe risposto: «Io sono un mortale, uno di quelli che abitano nei pressi del deserto e che i gentili, ingannati da numerosi errori, venerano come Fauni e Satiri»⁷⁰. [22] Si parla anche dell'esistenza di *uomini silvestri*, che alcuni chiamano *Fauni ficarii*⁷¹. [23] Si dice che in Etiopia viva il popolo degli *Sciapodi*, dotati di gambe particolari e di straordinaria velocità: i Greci li chiamano σκιάροδες⁷² perché, quando si sdraiano a terra supini per il gran calore del sole, si fanno ombra con i propri enormi piedi⁷³. [24] Gli *Antipodi*, abitanti della Libia, hanno le piante dei piedi al rovescio, ossia rivolte dietro le gambe, ed otto dita in ognuna di esse. [25] Gli *Ippopodi* vivono in Scizia: hanno forma umana e piedi di cavallo. [26] Dicono che in India viva un popolo chiamato Μορρόβιοι, la cui statura è di dodici piedi. Nella stessa India vive anche un popolo la cui statura è pari a un cubito, cui i Greci danno il nome di *Pygmaei*, derivato appunto da cubito, e del quale ab-